



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Methodus Clara Et Facilis Vacandi Orationi mentali Atque
Exercendi se cum fructu in præsentia Dei**

Coloniæ Agrippinæ, 1687

Quid sit gustus ac devotio sensibilis

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46004](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46004)

33 quas animabus concedit Deus, ingrediun-
 33 tur. Per illam venit ipse, ut cum animabus
 33 oblectetur. Amicitia ac voluptas magna est,
 33 quam Deus exhibet illis, qui hac via ince-
 33 dunt, quibus quasi sumptus omnes suppedi-
 33 tat, eosque potat, ac reficit, ne fortè animum
 33 perdant ac moriantur siti. Ex hac enim fœ-
 33 cunda scaturigine profluunt rivi, quorum
 33 alii grandiores, minores alii sunt, atque ali-
 33 qui quandoque minimi rivuli pro parvulis,
 33 hoc est iis, qui adhuc in exercitio hoc infir-
 33 miores existunt; hoc enim sufficit pro illis,
 33 quibus si aliquid amplius indulgeret, eos
 33 terrore concuteret. Hæc ait illa sancta
 heroina.

concernit
 dona in-
 teriora, &
 gustus de-
 votionis,
 non verò
 omnis ge-
 neris gra-
 tias, quia
 has sæpe
 indulget
 nobis De-
 us, quin
 vel de iis
 cogitemus.

*Quid sit gustus ac Devotio
 sensibilis.*

Voluptates illæ atque interiores deliciae ni-
 hil sunt aliud, nisi ordinaria satisfactio,
 quam percipit anima, ubi facilitatem conver-
 sandi cum Deo percipit. Sunt quædam ex-
 hilarationes atque emollitiones cordis, quæ-
 dam conceptuum & affectuum abundantia,
 suavissima dilatatio, atque amorosa liquefa-
 ctio stipata ac vallata nescio quibus illustratio-
 nibus divinis, quæ temporis momento plures
 veritates in lucem proferunt, multoque effica-
 cius cor occupant, quam facerent multo tem-
 pore continuatæ meditationes.

Hoc in statu anima videt ac sentit res adeo
 præclaras, ut illas non nisi lacrymando, suavi-
 ter suspirando, & quandoque gestus, in quos
 invita pertrahitur, quique satis animi lætitiâ
 prodant,

De
 actione

AB.
 AB.
 AB.
 AB.
 AB.
 AB.

NB

produnt, edendo queat exprimere. Nihil id temporis videtur ei impossibile, mira promittit, res grandes & heroicas pro Dei gloria facturam se pollicetur, ac veluti D. Petrus in monte Thaboris in hujus possessione lætitiæ in æternum manere vellet: ut paucis totum dicam, hic status non immeritò appellatur spiritualis ebrietas, quia anima quasi sui compos amplius non est ob nimias delicias celestes, quibus redundat.

NB

NB

NB

NB

NB

NB

NB

NB

1. Cor. 3.

NB

Hasce delicias vocamus *devotionem sensibilem*, etsi non rarò partem afficiant superiorem ac rationalem; quin ad inferiorem ac sensitivam descendant. Veruntamen aliquando etiam tanta illarum est plenitudo, ut redundantes atque exuberantes omnes potentias sensitivas perquam suaviter irrigent, inundent, ac penetrent, unde cor incipit inardescere, vultus inflammari, atque omnia membra extraordinariâ quadam afficiuntur agilitate. Nonnulli videntur sibi percipere jucundum quendam odorem, quo anima æque ac corpus recreatur, alii degustare ineffabilem saporem, qui ipsum os ac linguam reficiat, sicque de aliis.

*Unde hi gustus devotionis sensibilis
proveniant.*

Statim primâ fronte consolationes istæ sensibiles repudiandæ non sunt, quia omninò verisimile est, illas procedere à Deo: neque tamen ob illas etiam nimiùm gaudere nos oportet, quia similes immittere quoque potest *Cadæmon*. Deus illas ordinariè indulget Incipientibus; *Tanquam parvulis in Christo lac vobis potum dedi non escam*, inquit *Apostolus*.

Duos